quatorem instituti ex quibus figura telluris sphæroidalis plana convincitur

90. Tellus atmosphaera aërea cingitur per quam vapores adscendunt impulsi calore solis ad meteora efformanda.

91. Ex meteoris alia sunt aquaea nubes, nempe, nebula, aura, serotina, ros matutinum, pluvia, nix, et grando, à vaporibus aquaeis efformata; alia aërea, venti, scilicet, ab ablato aëris aequilibrio provenientia; alia ignea, fulmen, videlicet, tonitrua, fulgur, aurora borealis, lampas, stellae cadentes, castor et pollux &c.

92. A vapore electrico praedicta ultima conflata. Hiis denique addenda sunt meteora emphatica, iris, nempe, Halo, Parhelium, Paraselene, et virgae, errore optico ex lucis refractione et reflexione vivâ. De omnium formatione in circo.

93. Ex igne electrico in terrae cabernis excitato, et accumulato, oriuntur montium ignivomorum eructationes, et terrae motus.

94. Hunc ab elementari, haud differre, eius effectus ostendunt.

95. Ignis non consistit in eisdem igniti corporis particulis; sed in diversis, extensis, solidis, subtillissimis; mobilissimis atque eximie elasticis per omne corpus, et spatium diffussis.